CONRADUS HIRSAUGIENSIS, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35471
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Est autem omnis prologus aut apollogeticus aut commendaticius. Vel enim excusat se aut commendat.

et intentum. et benivolum reddit lectorem
vel auditorem. Denique titulus libris omnibus
prologus vel comicis persaucisque prefigitur libris.
et quid. et quomodo. vel quare scriptum sit vel legendum
explicat. Iunge que sit differentia. inter auc-
torem. poetam. historiografum. commentatorem.
vatem. expositorem. sermonarium. Ac-
cipe. auctor ab augendo dicitur: eo quod sti-
lo suo rerum gesta. vel prius dogmata ad-
augeat. Historia est res visa. res gesta. his-
torin enim grece. latine visio dicitur: unde histo-
riografus rei vise scriptor dicitur. Porro poeta
fictor vel formator dicitur: eo quod vel pueris
falsa dicat. vel falsis interdum vera commis-
ceat. Vates autem mentis dictus est. Magna enim
vis mentis est perspicacitate futurorum intuitu presen-
tia percurrere. et ventura quasi pro oculis sit de-
monstrare. Commentatores sunt. qui solent ex pau-
cis multa cogitare. et obscura dicta aliorum
dilucidare. Expositores qui mistica scripture
sacre dicta resolvunt. Sermonarium qui ad edif-
ficationem auditorum sermones exhortatorios